

VI. De Sacrilęis, an Sacra, & præsertim Eucharistiam profanauerint, aut iis indigne usi fuerint.

VII. De luxuria, & inefandissima commixtione cum demonibus incubis, vel succubis, ut solent lamæ, & striges.

VIII. De damnis proximo illatis, an segetibus, animalibus, hominibus, & præsertim infantibus, & spon- siones nocuerint per Maleficia, ligamina, incantationes, & huiusmodi.

81 Insuper Confessarii debent eos monere de infra- scriptis suis obligationibus.

I. Quod ipsi tenentur pactum expressum, si quod habent cum demone, aut commercium penitus statim dissolvere.

II. Comburare, aut Confessario consignare chiro- graphum, seu signum, si quod habent. Non est ta- men necesse, ut Malefici penitentes curent sibi à do- mone restitui tale chirographum, vel signum, si ipse habeat, quia per veram penitentiam sufficienter rece- dunt à pacto, illudque totaliter dissolvunt.

III. Libros suos, schedas, ligaturas, aliaque ins- trumenta superstitiosæ magicæ artis comburare, seu consignare Confessario.

IV. Omnia damna illata resarcire omni modo pos- sibili juxta regulas generales restitutionis ex damno dato; ad quod proinde etiam tenetur Fiscus (ubi Ve- neficorum bona confiscantur) uti & hæredes, si ad eos bona deveniant.

V. Excommunicationem in Bulla Cœnæ incurrisse, si suis superstitionibus formalem hæresim addiderint, ideoque non posse absolvi à Confessario non habente facultatem specialem absolventi ab hæresi. Secus vero si non fuerint formales Hæretici, vel Apostatæ, aut Idololatæ, juxta dicta supra num. 9.

82 Quoad ea, quæ concernunt astrologiam Judicia- riam; Vide verb. Astrologia, Astrologus per tot. ubi late de omnibus.

(Repete verb. Astrologia, & verb. Sors, inter alios titulos Corporum leges nostras continentium cum tit. 23. p. 7. : res hic titulus amplectitur decisiones: duplicem esse divinationem, prima demonstrat: quæ per Astro- logiam fit, una, auguriorum est vero altera: permissa est illa, nam inter artes septem liberales numeratur; peritis in ea licet exercere: quidquid per eam exhibetur, juxta naturalem cursum procedit: astrorum scilicet Stellarum, Planetarum, &c. (verb. Mundus) conside- ratio viam arti similis aperit: à Ptolomeo, Alexandriæ Rege, multa fuere præcognita: dignus est non minori attentione Rex noster D. D. Alphonsus, Divi Ferdi- nandi filius, harumque legum Conditor; (Vid. verb. Blasphemia, glossamque hujus legis) species altera (ad minus exempla quatuordecim referuntur) interdicitur; lex 2. de necromantia, seu demonum incantatione pertradat: varii casus recensentur; Lex 3. præter quæ verb. Sors, notantur, permittit bona intentione incan- tationes fieri ex gr. ad demones à corpore ejectiones, habitandos conjuges coire propter ligamina nequeun- tes, nubes dissipandas ob quarum grandinem dam- num frugibus evenire poterit, ad locustam, bruchum- que extinguendum, & similia: tum equidem lex asse- rit, quemcumque ita procedentem plecti non deberi, immo præmio afficiendum: injusta hac de causa lex ista videtur: ceterum affirmari valebit tam justam hanc ju- dicari dispositionem, quam eam, quæ de marito, occide- nte uxorem, in fraganti cum adultero deprehensam, loquitur: (Vid. lit. H pag. 132. col. 2. prope med.) in utraque non potest quin actio injusta videatur, sed poena juris civilis supersedet: vel prædicta lex 3. est juxta AuGloris (sup. num. 73. 74. & 75.) doctrinam in-

telligenda; de iisdem delictis tit. 3. lib. 8. Recop. Cass. ex leg. 5. agitur: Videatur lex 6. contrarium, ni fallor, determinans, eo quod actiones similes absolute, & absque distinctione vetantur, & plectuntur; Vide leg. 9. tit. 1. lib. 8. Ord. Reg.; olim per leg. 7. Recop. & 9. Ord. nihilominus Tribunal Sanctæ Inquisitionis esset in- stitutum, quia si D. Sixti IV. (Vid. verb. Inquisitionis Tribunal, ann. 1478. fuit erectum, nulli dubium, ann. 1500. hac lege promulgata) ecclesiasticis judici- bus, aut Secularibus juxta qualitatem delinquentium pu- nire similia delicta perpetrantes demandabatur; nihil hic est demorandum, cum hodie sit compertissimum, harum causarum cognitionem ad prædictum Sanctum tribunal spectare: edicta, quæ per istud quotannis pu- blicantur, si ea perlegeris, idem tibi demonstrabunt.)

SURRIPIENTES.

*Surripientes, asportantes, aut apud se retinentes Hostias, vel Particulas consecratas, Curie seculari tradi debent puniendi; Benedic. XIV. tom. 1. const. 93. incip. Ab augustissimo §. 1.

Et si Ecclesiastici sint, sunt degradandi, & Curie a Seculari tradendi; Idem ibid.

Etiam pro prima vice; etiam minores 25. annis, 3 dummodo vigesimum attigerint; Idem ibid.

Rejctis exceptionibus de non consecratione, aut de honesta intentione, nisi ab ipsis reis probentur; Idem ib. §. 4. & 5.*

Insuper attendenda nunc est novissima Sanctio feliciter Regnantis S. P. Clementis XIII. in constit. incip. Gravissimum: in qua confirmatis Apostolicis constitu- tionibus contra surripientes, vel asportantes, aut apud se retinentes Sacras Hostias, vel Particulas consecra- tas, editis ab Innocentio VI. anno 1677. quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno I. & ab Alexandro VIII. anno 1690. undecimo Kalendas Februarii, Pontificatus sui anno II. & a Benedicto XIV. anno 1743. tertio No- nas Martii, Pontificatus sui Anno IV. Decernitur, ut hu- jusmodi criminis Reis constitutis, sincera delicti Con- fessio facta in primo Generali Interrogatorio, nil suf- fragetur ad minuendam poenam traditionis brachio se- culari, in dictis constitutionibus insinuat.

SUSPECTA DE HÆRESI PROPOSITIO. Vide verb. Propositiones damnatæ num. 24.

SUSPENSIO.

ARTICULUS I.

Quoad ejus esse, & divisionem.

SUMMARIUM.

- 1 **S**uspensio quid sit.
- 2 **S**uspensio dividitur in suspensionem ab officio, in sus- pensionem à beneficio, & in suspensionem ab offi- cio, & beneficio simul.
- 3 **S**uspensio ab officio quæ sit.
- 4 **S**uspensio à beneficio quæ sit.
- 5 **S**uspensio ab officio, & beneficio simul quæ sit.
- 6 **S**uspensio ab officio, & beneficio dividitur in tota- lem, & partialem.
- 7 **Q**uæ sit dicta suspensio totalis.
- 8 **Q**uæ sit partialis ab officio, & partialis à beneficio.

Sus-

Quamvis ad denotandum, quæ sub hujuscemodi superstitionis vitio comprehendantur, latè A. se ge- rat; præterquamquod similes artes exercentibus in regno habitare prohibetur, nec aliquis in domo sua eos poterit receptare, nec celare, utpotè in utroque est poena determinata, quæ supra inseritur; (1) idè non est aliqd adiciendum.

(1) Vid. verb. Sors.

9 **S**uspensio absolute, & sine ulla limitatione imposi- ta, si ex adjunctis colligi nequeat, an sit ab officio, vel beneficio, est censenda totalis, & ab utroque simul.

10 **S**uspensio alia est à Jure, & alia ab homine.

11 **S**uspensiones ab homine quæ sint.

12 **S**uspensiones à Jure quæ sint.

13 **A**ddit. inseruntur, ad fin.

Suspensio est censura ecclesiastica, qua Clericus pro- hibetur exercere aliquos actus ecclesiasticos, aliis sibi competentes; Est Communis.

2 **S**uspensio dividitur in suspensionem ab officio, in suspensionem à beneficio, & in suspensionem ab offi- cio, & beneficio simul.

3 **S**uspensio ab officio est, qua Clerico prohibetur exercitium suorum Ordinum, vel aliarum functionum ipsi ratione Ordinis competentium.

4 **S**uspensio à beneficio est, qua Clerico prohibetur percipere fructus sui beneficii ecclesiastici.

5 **S**uspensio ab officio, & beneficio simul est, qua Clerico prohibentur Jura utriusque, officii scilicet, & beneficii.

6 **S**uspensio ab officio, & beneficio dividitur in to- talem, & partialem.

7 **T**otalis est, qua Clericus ab omni prorsus officio ecclesiastico, vel à perceptione omnium omnino fruc- tuum beneficiarium suspenditur; colligitur ex c. Tuarum, de privilegiis, & Clem. I. de decimis.

8 **P**artialis ab officio est, qua Clerico prohibetur ali- quis tantum sui officii actus, ut cum Sacerdos suspen- ditur solum à collatione Confessionum, vel Epis- copus solum à collatione Ordinum; isti enim possunt omnes alios actus sibi competentes ratione Ordinis exer- cere. Et partialis à beneficio est, qua Clericus ab ali- quo tantum parte fructuum beneficiarium suspenditur, ut à tertia, vel quarta parte illorum. Nec in una in- cluditur alia, & propter hoc suspensus ab officio de- terminate, non intelligitur suspensus à beneficio, ut colligitur ex cap. Tam literis 33. de testibus, & cap. Tuarum 11. de privilegiis.

9 **S**uspensio absolute, & sine ulla limitatione imposi- ta, si ex adjunctis colligi nequeat, an sit ab officio, vel beneficio, est censenda totalis, & ab utroque si- mul, quia propositio indefinita æquivaleret universali, nec apparet fundamentum, cur potius de officio, quam de beneficio debeat intelligi; si enim est intelligenda dispo- sitio cap. Cum bonæ 3. de estate, & qualitas. & Cle- ment. 1. §. Quibus, de privilegiis.

10 **S**uspensio alia est à Jure, & alia ab homine.

11 **S**uspensiones ab homine sunt, quæ imponuntur à Superiore ecclesiastico pro aliqua actione particulari, ut fiat, vel non fiat. Suspensiones à Jure sunt, quæ variis personis propter varia in Jure communi, & constitu- tionibus Apostolicis sunt impositæ, & sunt præcipue sequentes, distinctæ ad majorem commoditatem in di- versos articulos notatæ.

12 **D**e suspensione ex informata conscientia agen- dum hic paucis est.

13 **S**uspensio hæc infligitur nullis præmissis monitioni- bus, adeoque non censura, sed poena est. Suspensio enim ubi est censura requirit omnino monitiones, & ubi est poena, eas minime requirit; Schmalzgrueb. in Decret. lib. 5. tit. 39. num. 30. Mayr. pariter in Decret. lib. 5. tit. 39. num. 122. Hurtad. de censur. difficult. 18. num. 80. & seg. Blond. eodem tract. disp. 6. art. 2.

14 **P**otestas hæc suspendendi ex informata conscien- tia concessa est Episcopo à Concil. Trid. sess. 14. c. 2. de reform.

15 **Q**uestionis vero est, an Episcopus ex informata conscientia suspendere valeat tum ab ordine, tum à beneficio?

16 **F**uerunt, qui tenuere, Episcopum ex informata conscientia suspendere dumtaxat posse ab ascensu ad Ordines, idque quia Concilium Tridentinum, ubi potes- tatem facit suspendendi ex informata conscientia, loquitur de suspensione ab ascensu ad Ordines.

17 **F**errarij Bibliot. Tom. VIII.

Nihilominus minus S. Cong. Conc. interpres refe- rente S. M. Benedicto XIV. de synod. diacer. lib. 12. cap. 8. §. 3. sensit, posse Episcopum suspendere & ab exercitio Ordinis jam suscepti; ea de ratione, quod verba illa quibus facultas Episcopo data est suspenden- di ex informata conscientia repetita intelligantur ubi sermo est de suspensione ab exercitio Ordinis suscepti.

Innixa autem huic sententiæ dict. S. Congregationis plures etiam existimant, posse Episcopum ex infor- mata conscientia suspendere à beneficio; idque quia ubi agitur de suspensione ab exercitio Ordinis suscepti, videtur simul agi de suspensione à beneficio, ut præ- seferunt verba illa: Aut qui à suis ordinibus, seu gra- dibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus.

Contra alii in ea sunt opinionis, ut Episcopus ex informata conscientia suspendere nec valeat ab exercitio beneficii. Confer Van-Kспен de censur. cap. 10. Alter. eodem tract. num. 2. disp. 14. cap. 1.

At dicta Sacra Congregatio sustinuit suspensionem, quam Episcopus ex informata conscientia inflinxerat ab exercitio curæ in Sagonsensi 25. Jun. 1685. Episcopus Sagonsensis (sunt ipsissima verba) ex facultate sibi attri- buta decr. Conc. cap. 1. sess. 14. ex causis sibi notis Pa- rochum ab exercitio curæ suspendit; sed ille appellavit, & præcepto Episcopi contempto celebravit, & curam exercuit. Queritur an à dicta suspensione detur appellatio, ita ut Parochus, non obstante appellatione interposita, per exer- citium curæ effectus fuerit irregularis? Sacra Congr. Conc. censuit ab hujusmodi suspensione non dari appella- tionem, & Parochum, qui Sacramenta ut supra admi- nistravit, irregularitatem contraxisse.

Hæc vero resolutio aliquam difficultatem in eo pati videtur, quod contrahat irregularitatem, qui violat sus- pensionem hanc ex informata conscientia. Contrahitur enim irregularitas ex violatione suspensionis, quæ sit censura, non item ex violatione suspensionis, quæ sit poena, uti est suspensio ex informata conscientia.

Quidquid autem hujus rei sit, adhuc decium haud est, an Episcopus suspendere queat ex informata conscien- tia à Beneficio, sed solum decium est, posse suspen- dere ex informata conscientia ab exercitio Beneficii, quæ suspensio partialis est, nec fructibus privat.

Ad pleniorum vero hujus suspensionis ex informata conscientia notitiam, congruum est hic subnectere epis- tolam à dicta S. Congregatione datam ad Venetum Nunium.

Quandoquidem (sunt propria verba) experientia com- pertum est, Reos criminum perurumque ad evitandas pæ- nas, & Episcoporum correptiones, querelas & gravamina simulare. Hujusmodi itaque appellationes imposterum Amplitudo Tua omnino rejici mandabit, nec ullam inibi- tionem vigore appellationis relaxari permittet. Sed quoniam disciplina ecclesiastica ac stylo inaudum est, ut Ju- dex Superior, quamvis appellationes proprie dictas co- rum, qui ab ordinario suo extrajudicialiter, & ex in- formata conscientia suspensi fuerint, recipere non possit, recursibus tamen aditum non præcludat, quo salva juris- dictione episcopali, ac discipline rigore caveatur, ne quis forte Episcopus potestate sua in Subditos sibi Eccle- siasticos abutatur; posthac Amplitudini Tue, ac Succes- soribus ejusmodi recursus excipere duntaxat licebit, ser- vatis infrascriptis conditionibus, atque cautelis.

Primo: namque non ito facile locum illis dabit, sed congrua adhibita ratione, & circumspèctione, nec tunc aliis, quam cum vehementi suspicio subit, quod Ordina- rius auctoritate sua abusus sit, procedendo vellequeat modo prædicto ad poenam suspensionis, sine gravi causa adversus sacrorum canonum præscripta, & in anima propria perniciem.

Secundo: Recursus quomvis admisso, suspensi in statu, quo erant, permanent, illoque pendente Ordines à quibus suspensi fuerint, exercere nullatenus valeant.

Tertio: Recursus ita admisso, requiratur per literas ejusdem suspensi Ordinarius, ut irrogatæ suspensionis cau- sas aperire non gravetur, addita etiam promissione de ser- vando secreto, quatenus illud justitia exigit, aut christiana charitas suadeat.

LII

AR-

ARTICULUS II.

Suspensiones contra Episcopos.

- 1 Ordinantes ad Sacros Ordines Religiosos non Professos; S. Pii V. const. incip. Romanus Pontifex: 1
- 2 Ordinantes Monachum sine licentia Abbatis; c. fin. dist. 58. ubi Barbosa, & alii.
- 3 Ordinantes non subditum absque licentia proprii Ordinarii; Conc. Trid. c. 8. sess. 25. de reform.
- 4 Conferentes Ordines simoniacos; c. penult. de Simonia, & Extrav. Pauli II. de Simon.
- 5 Conferentes clericalem tonsuram infanti, aut illiterato, vel conjugato, per annum à Clericali Tonsuræ collatione suspenduntur; c. Nullus, de temp. Ord. in 6.
- 6 Conferentes Ordines suspensio propter malam promotionem cap. final. de temp. Ordinat. in 6. cap. Si quis Episcopus r. g. 1.
- 7 Privantes Beneficiis eos, qui in Romana Curia commorantur; Eugen. IV. Extrav. incip. Divina, de privil.
- 8 In proprium usum convertentes bona beneficiorum vacantium pertinentium ad eorum provisionem; cap. fin. de Officio Ordinarii in 6.
- 9 Submittentes laicos bona, & jura Ecclesie absque consensu Capituli, & Sedis Apostolicæ licentia; cap. Hoc consultiſſimo, de rebus Eccl. non alien. in 6.
- 10 Alienantes bona Ecclesie ultra triennium. Extrav. Ambrosiæ, de rebus Eccl. non alien.
- 11 Admittentes resignationes beneficiorum contra formam præscriptam const. S. Pii V. incip. Quanta: 11
- 12 In causa alienationis bonorum Ecclesie male utentes delegata potestate. Paul. II. const. incip. Cum omnibus: 12
- 13 Intromittentes se in causis spectantibus ad electionem Episcoporum, postquam appellatum est ad Papam, cap. Quamvis, & cap. Provida, de elect. in 6.
- 14 Negligentes procedere contra simoniacos, c. Quidquid 101.
- 15 Foventes usuras, & Usurarios locantes suas domus, cap. 1. de usuris in 6.
- 16 Delinquentes contra Clericorum immunitatem. Clement. 2. de panis.
- 17 Accedentes ad Ecclesias, ad quas fuerunt promoti, nondum expeditis literis Apostolicis suæ promotionis. Extrav. 1. de elect.
- 18 Abutentes munere Inquisitorum in causis Fidei. Clem. 1. §. Verum, de hereticis.
- 19 Non servantes Extrav. 2. de elect. quoad perceptionem fructuum r. vel 2. anni; Extrav. Joan. XXII. de elect.
- 20 Relaxantes incendiariis penam contentam in jure, cap. Pessimam 21. q. 8.
- 21 Publicantes Simoniacæ populo indicem casuum, gratiarum, & Indulgentiarum, S. Pii V. const. incip. Quamprimum: 21
- 22 Concubinariorum à synodo provinciali admonitos, & non se emendantes. Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 14.
- 23 Non visitantes limina Apostolorum statutis temporibus Sixti V. const. incip. Romanus Pontifex: 23
- 24 Ingressus monasteria Monialium sine necessitate, & non cum paucis, sique senioribus, ac Religiosis personis, uti expresse præscribit Gregorius XIII. constituit. incip. Dubiis: in qua transgressores pro secunda vice à munere Pontificali, & à divinis suspenduntur.
- 25 Publicantes Indulgentias, & facultatem eligendi Confessarios solventibus aliquâ; S. Pii V. const. 99.

ARTICULUS III.

Suspensiones contra Capitula, seu Capitulares.

- 1 Recipientes Prælatos, eisque obedientes absque literis Pontificali. Extrav. 1. de elect.
- 2 Recipientes ex pacto in ingressu ad Religionem ab

admisso prandia, pecunias, aut jocalia. Extravag. Sane, de Simonia.

- 3 Occupantes bona à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obventitia, c. Quia sæpe, de elect. in 6.
- 4 Recipientes ad professionem ante annum probationis; c. Non solum, de Regularibus in 6.
- 5 Non facientes conscientiam penitentibus de solventibus decimis; Clement. Cupientes, de panis.
- 6 Recipientes ad Ordines Sacros non professos. S. Pii V. const. incip. Romanus Pontifex: 6
- 7 Introducentes mulieres in Monasteria S. Pii V. const. incip. Regularium: 7
- 8 Non observantes in resignatione beneficiorum contenta in const. S. Pii V. incip. Quanta: 8
- 9 Usurpantes decimas sibi non convenientes. Clem. 1. de decimis: 9

ARTICULUS IV.

Suspensiones contra Clericos.

- 1 Recipientes Ordines Sacros ante legitimam ætatem; c. Vel non est compos de temp. Ord.
- 2 Recipientes tales Ordines extra tempora absque dispensatione. Pii II. constit. incip. Cum ex Sacrorum: 2
- 3 Recipientes ipsos Ordines non servatis Interdictis sine dispensatione, c. Cum quidem, & cap. Literas, de temp. Ordinat.
- 4 Recipientes Ordines ab alieno Episcopo sine licentia proprii; cap. 1. & 3. dist. 31. Concil. Trid. sess. 25. c. 8. de reform.
- 5 Recipientes Ordines ab eo, qui renuntiavit Episcopatu; c. 1. de Ordinato ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu.
- 6 Recipientes Ordines à proprio Episcopo in aliena diocesi sine licentia Episcopi loci; Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 5.
- 7 Recipientes Ordines ab Episcopo Titulari absque licentia proprii Episcopi, etiam prætextu familiaritatis; Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 2.
- 8 Recipientes Ordines à Schismaticis, cap. 1. & 2. de Schismaticis.
- 9 Recipientes scienter Ordines ab Excommunicato, vel Suspenso, arg. cit. cap. 1. & 2. de Schismaticis.
- 10 Recipientes Sacrum Ordinem post Matrimonium ratum, etiam non consummatum. Extravag. Antiquæ, de voto.
- 11 Recipientes Ordines, dum sunt excommunicati, suspensi, aut interdicti, cap. Cum illorum, de sentent. excommun.
- 12 Ordinatos sine, vel cum ficto Titulo, c. Neminem, & cap. Sanctorum dist. 70.
- 13 Promotos per saltum. Concil. Trident. sess. 23. c. 14. de reform.
- 14 Objicientes in personam electi, & postea deficientes in probatione; c. 1. de elect. §. Adjicientes in 6.
- 15 Ordinatus in Majoribus cum literis dimissoriis Capituli, sive ejus Vicarii, Sede vacante infra annum. Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 10.
- 16 Celebrantes coram Excommunicato, vel Interdicto, c. Episcoporum de privilegii.
- 17 Parochos non prohibentes Matrimonia clandestina, vel contra Interdictum Ecclesie; c. Cum inhibiti §. fin. de Clandestinis despons.
- 18 Tradentes sepultura publicos usurarios, c. Quia in omnibus, de usuris.
- 19 Parochos jungentes sponso alterius parochie sine licentia. Concil. Trid. c. 1. sess. 24. de reform. Matrim.
- 20 Abutentes vestibus contra statuta à jure. Clement. 2. de vita, & honestate Clerici.
- 21 Occupantes bona Ecclesiarum vacantium, vel à Prælati ipsarum defunctis relicta, cap. Quia sæpe, de electione in 6.
- 22 Gravantes alienis debiti ecclesias sibi commissas, c. 2. de solutionib.

Elec-

Superiores, ad quos occasione excessuum suorum Religiosorum bona aliqua pervenerint non satisfactis personis damnificatis; Clem. 1. §. Quibus, de privileg.

ARTICULUS VI.

Suspensio quoad eos, qui possunt suspendere, vel suspendi.

SUMMARIUM.

- 1 Suspensio potest infligi in primis à Summo Pontifice, & Episcopis.
- 2 Et ab omnibus, & solis illis, à quibus potest infligi excommunicatio.
- 3 Et suspensio pariter, sicut excommunicatio regulariter est scripto ferenda.
- 4 Omnes, & soli Clerici præter Papam possunt suspensionem incurrere.
- 5 Episcopi vero hanc censuram non incurunt, nisi eorum fiat expressa mentio.
- 6 Non solum persone singulares, sed etiam tota Communitas, seu Collegium Clericorum potest suspendi.
- 7 Suspensio in Communitate, seu Capitulum potest dupliciter ferri, vel collective, vel distributive.
- 8 Et interdum hi duo modi suspendendi collective, & distributive conjunguntur.

Suspensio potest infligi in primis à Summo Pontifice, & Episcopis; cap. 1. & cap. Conquerente 16. de Officio Ordinarii.

Et ab omnibus, & solis illis, à quibus potest infligi excommunicatio: Eadem enim est potestas jurisdictionis ad ferendas omnes censuras, cum omnes ordinentur ad eundem finem, scilicet coercendam contumaciam, & inobedientiam subditorum rebellium. Et suspensio pariter, sicut excommunicatio, regulariter est scripto ferenda; c. 1. de sent. Excomm. in 6.

Omnes, & soli Clerici præter Papam possunt suspensionem incurrere. Hæc enim est censura propria Clericorum, ad differentiam excommunicationis, & Interdicti, quæ sunt censure communes Clericis, & Laicis. Episcopi vero hanc censuram non incurunt, nisi eorum fiat expressa mentio, ex privilegio eis concessio; cap. Quia periculosum 4. de sentent. Excomm. in 6.

Non solum persone singulares, sed etiam tota Communitas, seu Collegium Clericorum potest suspendi ut constat ex c. Quia sæpe, de elect. in 6. Suspensio autem in Communitate, seu Capitulum dupliciter ferri potest, vel collective, ut si totum corpus Capituli habens jus alicujus beneficii, Jurisdictionis, & administrationis ab eo suspendatur. Vel distributive, ut singuli e corpore Capituli, dummodo noxii sint, eandem penam Suspensionis incurant. Et interdum hi duo modi suspendendi, collective, & distributive conjunguntur, ut patet in c. Ne sede vacante, & c. Quia sæpe 40. de elect. in 6. ubi tam totum corpus Capituli, quam singuli e corpore ipsius, bona Prælati defuncti occupantes, vel diripientes, ab officio, & beneficiis suspenduntur, donec restituant.

ARTICULUS VII.

Suspensio quoad ejus effectus.

SUMMARIUM.

- 1 Suspensus aliquem actum, à quo est suspensus, exerceat, graviter peccat, si materia est gravis, & si durante suspensione actus Ordinis exerceat, ipso facto incurrit Irregularitatem.
- 2 Suspensus ab officio, & beneficio non potest eligere, & est incapax beneficii ecclesiastici, & provisio ei facta est nulla.

III 2

Sus-

- 23 Electores Episcoporum non præsentantes electionem electi infra 8. dies, c. Cupientes, de elect. in 6.
- 24 Eligentes indignum ad episcopatum, vel curam animarum, c. Cum in cunctis, de elect. in 6.
- 25 Postulantes in Prælatos Cathedralium Minorum 28. annis, Extrav. unic. de Postulat. Prælator.
- 26 Compromissarios scienter eligentes indignum, cap. Compromissarium, de elect. in 6.
- 27 Celebrantes electionem per abusum secularis potestatis, c. Quisquis 13. de elect.
- 28 Inferiores Episcopis recipientis in visitationibus procuracionem in pecunia, vel in victualibus visitationis officio non impenso, c. Exigit, de Consibus in 6.
- 29 Facientes in Judicio per sordes aliquid contra justitiam, & conscientiam in gravamen partis, cap. 1. de sentent. & re judicata in 6.
- 30 Conferentes beneficia eorum, qui serviunt in Curia, vel eadem recipientes, Extrav. 3. de Privil.
- 31 Conservatores Regularium se intronitentes in aliis, quam manifestis injuriis; c. fin. de Off. & potestate Judicis delegat. in 6.
- 32 Concubinariorum notorios; cap. fin. de cohabit. Clerici, & mulier.
- 33 Occupantes bona, census &c. ecclesie, beneficii, vel alterius pii loci & occupantibus consentientes. Conc. Trid. c. 11. sess. 22. de reform.
- 34 Sodomiam exercentes. S. Pii V. const. 5. & 72. in ordin.
- 35 Consequentes Ordines simoniacos, & simoniam aliter committentes. S. Pii V. const. incip. Cum primum, & Extrav. Pauli II. de Simonia.
- 36 Provocantes ad duellum, vel illud acceptantes, c. 1. de Cler. pugnans. in duello.
- 37 Sponte jurantes de tenendo schismate, c. 1. de Schismaticis.
- 38 Raptores mulierum, & ad raptum auxilium præbentes. Conc. Trid. c. 6. sess. 24. de reform. Matr.
- 39 Disputantes de Immaculata Conceptione B. M. V. S. Pii V. const. incip. Super specula: aut impugnantes illam, Grægor. XV. const. 29. incip. Sanctissimus: 39
- 40 Recipientes, & admittentes Prælatos promotos à Sede Apost. eisque obedientes sine literis Papæ. Extrav. 1. de elect.
- 41 Superiores ecclesiarum non exigentes singulis annis rationem de adimpleto onerum Missarum. Innocent. XII. const. incip. Nuper à Congregationibus.
- 42 Celebrantes Missam, & in ea non communicantes, c. Relatum de consec. dist. 2.
- 43 Non perficientes sine gravi causa missam jam inchoatam, c. Nullus Episcopus 57. de consec. dist. 1.

ARTICULUS V.

Suspensiones contra Religiosos.

- 1 Recipientes Alumnos ad professionem ante annum probationis c. Non solum, de Regul. in 6.
- 2 Non deferentes Habitum à Regula statutum Clem. 1. §. Si quis de statu Monachor.
- 3 Apostatas in apostasia Ordines suscipientes, cap. fin. de Apostat.
- 4 Non Professos recipientes Ordines Sacros; S. Pii V. const. 75.
- 5 Ejectos à Religione; Urb. VIII. const. 26. §. 10.
- 6 Introducentes mulieres intra clausuram Conventuum; S. Pii V. constit. 20.
- 7 Appropriantes sibi, & usurpantes decimas ipsis non convenientes; Clem. 1. de Decimis.
- 8 Superiores concedentes redditus, aut possessiones monasteriorum alicui ad vitam, seu aliud certum tempus, nisi necessitas exposcat; Clem. de rebus Eccl.
- 9 Superiores non exigentes singulis annis à Deputatis pro libris missarum rationem de adimpleto totali onerum earundem; Innocent. XII. constit. incip. Nuper à Congregatione: 9

ERRATA. BIBLIOTHECA. VIII.

- 3. *Suspensus ab ordine, & beneficio voluntarie, & scienter violans suspensionem, præsertim celebrando, in perpetuum ab officio, & beneficio est deponendus.*
- 4. *Si suspensus à beneficio audeat se ingerere usurpando fructus ejusdem beneficii, graviter peccat, & tenetur ad restitutionem.*
- 5. *Et præter hoc omne restitutionis, & grave peccatum, usurpans hos fructus contrahit perpetuam privationem Beneficiorum.*
- 6. *Si quis suspensus ob vitium incontinentiæ, quo fuerit cognitus laborare, scienter ausus fuerit celebrare divina, est deponendus non solum ab officio, sed etiam à beneficio.*
- 7. *Suspensus à Minor Ordine non potest ad Majores ascendere, nisi prius absolvatur.*
- 8. *Suspensus ab ingressu ecclesie, si celebrat in ea, fit irregularis, & si moritur impenitens, durante suspensione, caret ecclesiastica sepultura.*
- 9. *Suspensus ab officio, ordine, & jurisdictione in uno loco, ubique est suspensus.*
- 10. *Ordines, & alii actus per suspensionem prohibiti, sunt validi, exceptis electionibus.*
- 11. *Et exceptis actibus jurisdictionis, & per hoc absolute suspensus invalide absolvit, nisi ob suspensionem occultam sit error communis, ob quem Ecclesia jurisdictionem supplet.*
- 12. *Suspensio à divinis tempore appellationis est nulla.*

Si suspensus aliquem actum, à quo est suspensus, exerceat, graviter peccat, si materia est gravis; & si durante suspensione actus Ordinis exerceat, ipso facto incurrit Irregularitatem, ut habetur in c. 1. de sent. & re judic. & cap. 1. de sent. excomm. in 6.

Suspensus ab officio, & beneficio non potest eligere, & est incapax beneficii ecclesiastici, & provisio ei facta est nulla sicuti constat ex c. Cum dilectus, de consuetud. Cum enim beneficium detur propter officium non recte conferitur ei, qui officium præstare non potest, c. ultim. de Cleric. excomm. ministrant.

Suspensus ab ordine, & beneficio voluntarie, & scienter violans suspensionem, præsertim celebrando, in perpetuum ab officio, & beneficio est deponendus, ut colligitur ex c. Clerici, & c. Latores, de Cleric. excomm.

Si suspensus à beneficio audeat se ingerere usurpando fructus ejusdem beneficii, graviter peccat, & tenetur ad illorum restitutionem, cum hac distinctione, quod si sint fructus præbendæ, sunt restituendi ecclesie, vel pauperibus; si vero sint fructus quotidianarum distributionum ob assistentiam divinis officiis, sunt restituendi illis, qui adstiterunt divinis officiis, juxta textum in c. 5. Si quis deinceps 17. q. 4. Et præter hoc onus restitutionis, & grave peccatum, usurpans hoc fructus contrahit perpetuam privationem beneficiorum; ex textu in c. 1. §. ult. & c. Cipientes, de elect.

Si quis suspensus ob vitium incontinentiæ, quo fuerit cognitus laborare, scienter ausus fuerit celebrare divina, est deponendus non solum ab officio, sed etiam à beneficio, ut expresse habetur in cap. ut Clericorum, verb. Si quis, de vita, & honestate Cler.

Suspensus à Minor Ordine non potest ad Majores ascendere, nisi prius absolvatur, quia suspensus ab Ordine inferiore censetur etiam suspensus à Superiore, non vice versa; nam cui non licet quod minus est, non debet licere quod est majus, arg. l. Legatorum §. ult. ff. de interdicit. ubi expresse habetur: "Est enim perquam ridiculum eum, qui Minoribus honoribus poenæ causa prohibitus est, ad Majores aspirare; Majoribus tamen prohibitus Minoribus petere non prohibetur." (Vid. verb. Hebræus, & Hæreticus, in nov.)

Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, si celebrat in ea, fit irregularis, & si moritur impenitens durante suspensione, caret Ecclesiastica sepultura, cap. l. cui, de sentent. excomm. in 6.

Suspensus ab officio, ordine, & jurisdictione in uno loco, ubique est suspensus, ita ut nullibi possit exercere actus illius potestatis, à qua fuit suspensus, donec

absolvatur; quia censura afficit immediate personam, ideoque eam committit etiam extra territorium ferentis, uti notant Doctores cum glossa in cap. Pastoralis §. Verum, de appell.

Sciendum tamen est, quod Ordines, & alii actus per suspensionem prohibiti sunt validi, exceptis electionibus, cap. Cum dilectus, de consuetud. cap. Cum inter 16. de elect. Et exceptis actibus jurisdictionis, & per hoc absolute suspensus invalide absolvit: Absolutio enim à sic suspensio data est nulla, nisi ob suspensionem occultam sit error communis; ob quem Ecclesia jurisdictionem supplet, arg. cap. Infamis 1. caus. 2. q. 8. h. Barbarius 3. ff. de Off. Prator. Non sufficit error communis, sed requiritur etiam titulus coloratus, ut alias diximus. Quamvis non parva sit controversia inter doctores, an sufficiat error communis sine titulo colorato, ut videre est in verb. Confessarius art. 1. n. 38. ad 42. inclusive; conclusio tamen mea apertissime indicat, adesse in Confessario absolute suspensio didum titulum coloratum cum expresse dicatur: Absolutio enim à sic suspensio data, est nulla nisi ob suspensionem occultam sit error communis; ob quem Ecclesia jurisdictionem occultam vere & realiter omnibus innotuerit, ut à legitimo Superiore titulo requisito ad actum absolutio nis munus se continue & publice exponens ad confessiones excipienda, & superveniens suspensio fuerit communitur occulta, certe sine alio expresse addito, ob hunc errorem communem Ecclesia supplet in hoc casu jurisdictionem. Frustra enim exprimitur, quod jam intelligitur, leg. Cornelius 69. ff. de hereditibus instituentis. Habetur etenim pro expresso, quod tacite subintelligitur, l. Fideicommissa 11. §. si filio, ff. de legatis 1. cum similibus. (Vid. verb. Pascha, n. 30. verb. Sepultura n. 210. cum leg. 2. r. 1. p. 5. ibi: Maguer:)

Suspensio à divinis inflicta pendente appellatione declarata fuit invalida à S. Congr. Conc. in Amalphanæ 19. Augusti 1724. apud Thes. resol. Sacr. Congr. Conc. tom. 3.

ARTICULUS VIII.

Suspensio quoad modos, quibus tollitur.

SUMMARIUM.

- 1. *Suspensio inflicta propter contumaciam cum hac lege tacita, vel expressa ut suspensus non possit prius absolvi, quam à contumacia, seu inobedientia recedat, tollitur per absolutionem.*
- 2. *Dicta absolutio à tali suspensione Juris potest dari ab Episcopo, vel alio quasi episcopali Jurisdictione prædico, si non sit specialiter reservata Pontifici.*
- 3. *Suspensio imposita ad determinatum tempus, vel sub conditione, elapso tempore, vel conditione adimpleta, eo ipso cessat per se ipsam sine alia superioris declaratione.*
- 4. *Suspensio lata præcise ut poena alicujus patrati delicti, tollitur per dispensationem, quæ dispensatio dari solum potest ab Auctore canonis, aut ejus Successore, delegato, vel superiore; non autem ab inferiore.*
- 5. *Pro suspensionis absolutione nulla sunt præscripta determinata verba; unde sufficient quæcumque verba apta ad illam exprimentam, quocumque idiomate proferantur.*
- 6. *Datur tamen forma adhiberi solita ex usu Ecclesiæ.*
- 7. *Prius autem quam detur hæc absolutio, exigendum est ab absolvendo, ultra promissionem de cetero non committendi tale crimen, juramentum de stando mandatis Ecclesiæ.*
- 8. *Et si crimen, propter quod incurta est suspensio, tangat tertiam personam, quod satisfaciat parti offensa.*

Suspensio inflicta propter contumaciam cum hac lege tacita, vel expressa, ut suspensus non possit prius ab-

absolvi, quam à contumacia, seu inobedientia recedat, tollitur per absolutionem. Quæ absolutio à tali Suspensione Juris potest dari ab Episcopo vel alio quasi episcopali Jurisdictione prædico, si non sit specialiter reservata Pontifici, arg. cap. Nuper, de sent. Excomm. & c. Ex literis, de constitut.

Suspensio imposita ad determinatum tempus, verbi gr. ad annum, vel sub conditione: Donec, restituatur, elapso tempore, vel conditione adimpleta, eo ipso cessat per se ipsam sine alia Superioris declaratione. Sic Glossa recepta in Clement. 1. de Divinis verb. Donec, & in cap. Quia sæpe de election. in 6. verb. Donec.

Suspensio lata præcise ut poena alicujus patrati delicti tollitur per dispensationem, quæ dispensatio dari solum potest ab Auctore Canonis, aut ejus Successore, Delegato, vel Superiore, non autem ab inferiore, sive suspensio lata sit à Jure, sive lata ab homine, sive lata sit ad determinatum tempus, sive sine temporis limitatione; quia sicut legem Superioris, ita & annexam ei poenam inferiori solvere non potest. Glossa in cap. Cipientes §. Ceterum verb. Suspendus, de elect. in 6.

Pro Suspensionis absolutione nulla sunt præscripta determinata verba, unde sufficient quæcumque verba apta ad illam exprimentam, quocumque idiomate proferantur. Ex usu tamen Ecclesiæ consuetudo hæc, vel similibus forma adhiberi solet: *Absolvo te à vinculo suspensionis, quod incurristi ob talem, vel talem causam; & restitui te pristinae executioni tuorum Ordinum, vel officiorum.*

Prius autem, quam detur hæc absolutio, exigendum est ab absolvendo, ultra promissionem de cetero non committendi tale crimen, juramentum de stando mandatis Ecclesiæ, ut habetur in cap. Super eo 1. c. Venerabilis 52. de sentent. excommunicati. Et si crimen, propter quod incurta est suspensio, tangat tertiam personam, quod satisfaciat parti offensa, ut habetur in cap. Porro, & in cap. Parochianus, de sentent. excommunic. (Cum hæc materia penes tota sit ecclesiastica, sufficit insinuatio, quæ verb. Censura animadvertitur, eo quod ibi in addit. novis leges referuntur de ipsamet materia agentes.)

SUSPICIO. Vide verb. Judicium temerarium à numer. 13. ad 14.

SUSURRATIO. Vide verb. Detractio art. 1. n. 10.

SYMBOLUM.

SUMMARIUM.

- 1. *Symbolum unde sit dictum.*
- 2. *Symbolum quid sit.*
- 3. *Symbola principaliora sunt quatuor, nempe Apostolicum, Nicanum, Constantinopolitanum, & Sancti Athanasii.*
- 4. *Symbolum Apostolicum est sic dictum, quia ab Apostolis fuit confectum singulis suum Articulum apponensibus.*
- 5. *Quo ordine quisque Apostolus suum apposuit Articulum.*
- 6. *Symbolum Nicanum quare sic dictum, & confectum.*
- 7. *Afferitur ipsum symbolum Nicanum.*
- 8. *Symbolum Constantinopolitanum quare sic dictum, & confectum.*
- 9. *Afferitur ipsum symbolum Constantinopolitanum.*
- 10. *Ipsa symbola fuit facta hæc additio Filioque, primum in Concilio Toletano, & deinde confirmata ab aliis.*
- 11. *Afferitur symbolum cum tali additione Filioque, prout traditur à Concilio Tridentino, & recitatur, seu canitur in missa.*
- 12. *Symbolum Apostolicum cepit recitari in missa à tempore ipsorum Apostolorum.*
- 13. *Et idem Apostolicum symbolum recitatum fuit in missa apud Romanos, seu in Ecclesia Romana plusquam mille annis, hoc est, quæ ad tempora Bened. VII. dicitur VIII.*
- 14. *In aliis autem Ecclesiis loco symboli Apostolorum jam antea in missa ceperat recitari, & cani symbolum Nicanum juxta decretum Sancti Marci Pape, & deinde symbolum Constantinopolitanum juxta decretum S. Damasi Pape I.*
- 15. *Consuetudo recitandi in missa symbolum prius Apostolicum, deinde Nicanum, & demum Constantinopolitanum, asseritur à plurimis.*
- 16. *Symbolum Sancti Athanasii ab ipso compositum fuisse traditur tempore quo Romani à Julio Papa vocatus fuit, ut calumniis adversariorum responderet.*
- 17. *Symbolum Sancti Athanasii laudabiliter in choro recitatur stando.*
- 18. *Plures magni nominis Doctores negant tale symbolum esse genuinum factum Sancti Athanasii.*
- 19. *Symbolum in quibus festis, & missis sit dicendum, vel non, & cur, ac quomodo, ad n. 31.*
- 20. *Subnectuntur supplementa Auditoris; ad n. 35.*

Symbolum dicitur est à Sym, quod est simul, & Bala, quod est mortellus, quia nempe Symbolum Apostolorum, quod est primum, & à quo cetera appellantur Symbola, confectum est ab omnibus simul Apostolis, singulis eorum aliquem morsellum, seu particulam quamdam apponentibus. Sic Glossa in Rubr. tit. de summa Trinitate circa finem, & alia Glossa in cap. Canonis 1. verb. Apostolo distinct. 15. & Canonice passim. Non desunt tamen qui dicant, quod Symbolum græcè, sonat latine indicium. Et sic Symbolum Fidei sit quoddam indicium, sive signum, vel tessera, ut nota Christianorum quo veri fideles discernantur ab infidelibus, nempe Paganis, Judæis, & Hæreticis; sicut à simili tessera illa, quam milites assumere consueverunt ad discernendum socios ab hostibus, & exploratoribus, Symbolum militarie appellatur, ut docet Rufinus Presbyter Aquilejens. fol. 169. in symboli Apostolici Commentariis paulo post initium, ibi: *Symbola distincta unusquisque Dux suis militibus tradit, quæ latine signa, vel indicia nuncupantur, ut si forte occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus symbolum producat, si sit hostis, vel Socius.* Card. Petra tom. 1. Commentar. in const. 2. Divi Leonis Magni n. 61. Card. Bellarm. præfat. ad explicat. Symboli Apostolici, Calepinus verb. Symbolum, & alii.

Symbolum in proposito est regula Fidei, brevis, ac perfecta confessio, breve predicationis indicium, brevis Credendorum collectio. Ita in re Communis. Unde Sanctus Augustinus in lib. 1. de Symbolo cap. 1. ait: *Est autem Catholica Fides in Symbolo nota fidelibus, memorieque mandata; quantum res passa est, brevitate sermonis, utque incipientibus atque latentibus, paucis verbis credendum constitueretur, quod multis verbis exponendum esset proficientibus, & ad divinam doctrinam, surgentibus exponendo esset perficiendum.*

Symbola principaliora, in quibus substantialiter omnia alia continentur, quatuor sunt; nempe Symbolum Apostolicum, Symbolum Nicanum, Symbolum Constantinopolitanum, & Symbolum S. Athanasii, cujus tamen an ipse S. Athanasius fuerit Auctor, multi dubitant, ut dicitur infra.

Symbolum Apostolicum sic dicitur, quia confectum fuit ab Apostolis, qui Magistri Orbis Terrarum à Christo constituti, antequam separarentur ab invicem ad prædicanda cunctis gentibus mysteria Fidei ab omnibus credenda Spiritu Sancto afflati singillatim conferendo suas sententias, illas in unam brevem summam duodecim articulorum collegerunt, ut sic quorum una eret Fides, unum Baptisma, una eademque esset Evangelicæ veritatis prædicatio per universum Orbem diffusæ, juxta illud Propheticum Psalm. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.*

In dicto igitur Symbolo singuli Apostoli posterunt suum articulum; & quamvis variant Doctores in assignando ordine, quo quisque Apostolus suum articulum posuit, inter omnes tamen verisimilior videtur ordo, quem tradit Doctor Subtilis in 4. dist. 25. q. unica §. Horum Articulorum: Sic S. Petrus posuit primum Articulum, scilicet: *Credo in Deum Patrem Omnipotentem* Crea-